

Mythologia, Francfort, 1581 - II, 05 : De Hebe

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[09-10\] : De Hebe](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 05 : De Hebe](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 06 : De Hebe](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 05 : De Hebe](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - II, 05 : De Hebe, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 24/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5909>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 143-145

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Hébé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

coniungendis sulphureis humoribus Venere ac Marte scilicet: quæ quod antiquæ manet cum Ioue coniugatur, & ambogignant solem chemicum, & quis vxor vocata fuit. Regina deorū dicta est, quoniam illa regit, soluit, cōiungit, separat ac reprimat metalla, quæ variis Deorum nominibus appellatur. Ac de Iunone satis, nunc de Hebe dicamus.

De Hebe. Cap. V.

Cum de Iunone loqueremur superius, dictum fuit Heben, quam Latini Iuventatem vocarunt, Iunonis fuisse filiam. Huius patrem fuisse Iouem alii crediderunt, inter quos fuit Homerus, qui ita scripsit lib. 4. Odys.

τὸν δὲ μὲν εἰσανόουσι θεῶν Ἡρακλιδῶν
ἠδ' ὧλαν αὐτοῖς δὲ μὲν ἀθανάτοισι θεοῖσι
τίρπταται ἐβαλὼν, καὶ ἔχον ἐμίσφουραν Ἡρῶν,
παῖδά μιν μετὰ τοῖς καὶ Ἡρῶν χρυσόπιδ' ἰλίου.
*Post hunc, Alcida mihi nota accessit imago,
Is superis inter conuiuia lata frequentat.
Nata Iouis magni Iunonisq; additur illi
Nunc Hebe coninx.*

Alii magis fabulosum Hebes ortum memorarunt: dicunt enim Iunonem aliquando ab Apolline in domum Iouis ad conuiuium fuisse conuocatam, atque inter alias epulas lactu-
cas agrestes appositas fuisse, quas ubi comedisset, cum antea
esset sterilis, repente sit grauida, atque Heben filiam postea
peperit. ea cum pulcherrima esset, ac Ioui placuisset, iuuentu-
ti præficitur ab ipso Ioue, & id præterea illi munus datum est,
ut Ioui pocula ministraret, cui variis floribus compositum
settum capiti impositum fuit. Veruntamen cum lapsa aliquā-
do inter ministrandum fuisset, partēsque pudendas omni-
bus præsentibus ostendisset, ab illo officio remouetur, & Ga-
nymedes Laomedontis Troiæ regis ab aquila in cælum Io-
uis iussu portatus, sufficitur. Quod Hebe pocula Ioui por-
rigere antea consueuerit, testatur Homerus ita lib. 4. Odys:

ματὰ δὲ σφισι πότνια Ἡὲ
ἡίστατο ἰσχυρὰ τοῖς δὲ χρυσόις ἀπείτα
διδέχεται ἀμείλιχον. *Hos Hebe Venerabilis inter
Fundebat nectar pateris, his protinus aurum
Excipere è manibus, scq; inuitare vicissim.*

Cum Ganymedes igitur ad id munus fuisset assumptus, tum Iuno grauius tulit

Et genus inuisum, et res Ganymedis honores.

Quod testatur etiam Cicero in lib. I. de Natura Deorum ita inquiens: Ac poëtae quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant. & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula ministrantem. Hanc fuisse aliquando Ganymedem vocatam ab antiquis testatur in Corinthiacis Pausanias: nam antiqui Heben oblectationem seu voluptatem quæ percipitur in conuiuiis, vocarunt: quare Homerus in conuiuiis ministerium illi attribuit. Apud Sicyonios & in Phliunte Dia nominabatur: quibus in locis fuit eximium illius fanum, & illa eximiè colebatur, ut ait Strabo lib. octauo. Memorix prodiderunt antiqui, Herculi post absoluta certamina, cum in cælum ascendisset, Heben datam fuisse à Ioue in matrimonium: quare in ea regiuncula, quæ Horti dicebatur apud Athenienses, aræ in communi templo Herculi & Hebe consecratae fuerunt, ut ait in Atticis Pausanias: quæ, ut ait Apollodorus lib. 2. illi Alexiaren filiam & Anicetum peperit.

¶ Hæc breuiter de Hebe, nunc sententiam ex his eliciamus. Ego Ciceronis opinioni sanè facile accedo, qui ita scribit in libro primo Tusculanarum disputationum: Non enim ambrosia Deos, aut nectare, aut Iuuentate pocula ministrante lætari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait propter formam, ut Ioui pocula ministraret. Non iusta causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat. Quo pacto Hebe Iunonis filia dicitur? quoniam è felicissima æris temperie omnia herbarum, arborumque genera pullulant, & pubescunt. Nam quomodo sine parente Ioue vel nasci vel Iunonis filia esse poterit: nulla est æris temperies, quam non efficiat ætheris calor ex motu, cum omnis inferiorum corporum actio ex agitatione superiorum proveniat. Qui enim potest ær aliquid ad ortum euocare, nisi solis, æthereæque regionis calore concitatus istud ipsum efficiat? Quippe cum litigium & amicitia non solum principia sint ortus & interitus rerum, ut sapiens credidit, verum etiam omnia nata conseruent: quibus suas vites æquè impertuerint. Martis soror Hebe esse dicitur, quoniam vbertas rerum omnium, & fertilitas agrorum ex eiusdem æris tempera-

temperamento oriatur, ex quo etiam bella & illorum omnium denastationes. Mars praeterea bonitate regionum alitur, cum nemo prope de sterili & inope regione contendat. Quod autem esis lactucis agrestibus Iuno facta est grauida, quid aliud significat, quam ex ipsa aeris temperie natam fuisse Hebe? Iuno ubi est conuiuio accepta ab Apolline in domum Iouis, nimio calore solis extarfit ac aetheris: quare agrestes lactucas, quae frigidae sunt, comedit, ac fit praegrans. Quis non videat per haec aeris temperiem significari: qui ubi plus aequo incaluerit, frigus expetit & symmetriam ad res generandas. Inde nascitur Hebe, quae iuuentuti tam plantarum quam animalium perest. Hec ubi lapsa fuisset dum ministraret, pudendasque partes Iuperis ostendisset, priuata est à Ioue eo munere quod propter pulchritudinem obtinuerat: hoc quid est aliud, nisi cum folia deciderunt arboribus, iuventutem & honorem plantis delabitur quae si cum priore conditione comparentur, turpes sunt, & parum decorae. Eo tempore Ganymedes in eius locum subrogatur, qui nihil aliud quam hyemem significat, quae dicta est etiam a pluuiis: quare & in Aquarium signum denique Ganymedes conuersus est. Haec ea sunt, quae mihi spectare videbantur ad naturales rationes.

¶ Quod attinet ad mores, ita intelligendum censeo, gratiam atque fauorem principum rem esse inconstantissimam, quippe quibus aliud pulchrius alio tempore appareat: neque villa res est illis tantopere iucunda, cuius non brevi tempore nascatur frietas. Haec leuitas in illis est praecipue principibus, qui fortunae ornamenti ceteris praestant hominibus, ac prudentia animi illorum vulgo adaequatur: nam facultatum copia multos facit insipientes. Apud sapientes vero principes omnis turpitudine vel exterorum vel familiarium potest animum vel beneuolentissimum alienare: quia pulchritudo omnis ad integritatem morum & aequitatem & innocentiam transferenda est, sine quibus virtutibus omnino est ex oculis viri boni remouenda. Ac de Hebe satis: nunc de Vulcano dicamus.

De Vulcano. CAP. VI.

VULCANVS, sicuti dictum fuit, Iunonis fuit filius, ut testatur Hesiodus in Theogonia;

Ἡρῆ δ' ἦ φῶς ἔσθ' ἄνδρ' ἐν γένει φιλότητι μετ' ἴσθαι. Γένεσθ.

k